

tio. pcedendo autē puenimus ad habenduz  
 cōceptum rei perfectū z determinatū q̄ a phi  
 losophis vocat diffinitio: a sanctis autē ver  
 bum. In deo ergo ponit verbū nō ad simili  
 tudinē verbi large dicit qd̄ est ip̄a vox signi  
 ficatiua vel cōceptus rei imperfectus. qz in deo  
 nihil ē sensibile vel imperfectū. Et ppter hoc  
 vox est significatiua q̄ est sensibilis et ip̄a co  
 gitatio q̄ licet sic intelligat tñ imperfectionē  
 implicat nō habet ibi locū. sed ibi ponit ver  
 bum in q̄rū importat cōceptū rei perfectum  
 Quia deus vnico actu intelligēdi seipm et  
 oia alia cōcipit pfecte. Et quo p̄z differen  
 tia verbi nostri ad verbū diuinū. qz verbum  
 nostrū in mente plurificat. Quorū enim sunt  
 ibi cōceptus perfecti vel formati tot sunt ibi  
 verba. In deo autē est verbū vnicū: qz nō est  
 ibi nisi vnicus cōceptus pfectissimus. Iterū  
 verbū in nobis est accidens et qd̄ transiens.  
 qz non semp actu intelligimus. Sed in deo  
 idē est q̄ substantia diuina. Est etiā verbum  
 semp actu permanēs et eternū. Et vt inquit  
 Aug<sup>9</sup>. nos frequēter cogitamus que nesci  
 mus. et sic verbo nostro cōiuncta est fallacia  
 frequēter q̄ nolumus. et tunc iuncta est di  
 splicentia: que nō possum<sup>9</sup>. tūc iuncta est im  
 potentia. verbū autē diuinū est verissimū pla  
 centissimū omnipotentissimū. Et de ill<sup>9</sup> eter  
 nitate loquit Iohānes cū dicit in principio  
 sui euangely. In principio erat verbū. Au  
 gustin<sup>9</sup> li. vi. de trini. in principio ait. sic di  
 ctum ē q̄ si diceret an oia. Unū sciendū q̄ p̄nci  
 piū in diuinis: aliqū est nomē essentia: et  
 sic puenit toti trinitati. sic sumit in. c. i. extra  
 de sum. tri. z si. ca. cū d̄. Unū vniuersoz p̄nci  
 piū. Aliqū est nomē psonale: et qūq̄ signi  
 ficat patre q̄ est principū sine p̄ncipio. sicut  
 sumit ab Augusti. li. iij. de tri. vbi dicit. Ex  
 pater est principū ton<sup>9</sup> deitatis. qūq̄ signi  
 ficat filiū qui est principū de p̄ncipio. sicut  
 sumit ab ap̄lo ad H. b̄. i. Et tu in p̄ncipio  
 id est in filio terrā fundasti. Quq̄ significat  
 patre et filiū qui sunt vnū principū sp̄ritus  
 sancti. Quq̄ significat eternitatē. z sic accipi  
 tur a Iohanne. In principio. i. ab eterno.  
 Hinc Anastasius in suo simbolo ait. Eter  
 nus p̄f etern<sup>9</sup> filius etern<sup>9</sup> sp̄s sanctus. Et  
 Hilari<sup>9</sup> i. li. de tri. Inter gigneret gigni nul  
 lum cadit mediū. Magister vero sen. di. ip̄.  
 primi li. pbat verbū esse eternū. Primo et rō  
 ne sumpta a fili et est talis. Splēdor est eius  
 dem duratōis cū igne et tñ est generatus ab  
 igne. ergo multo fortius cū filius sit splēdor  
 patris q̄nis ab ip̄o generet erit ei coetern<sup>9</sup>.  
 Secūdo inducit mgr̄ Augusti. q̄ ait. Filius

dei est. virtus et sapientia. ergo si nō est eter  
 nus aliqū fuit deus sine virtute et sine sapiē  
 tia qd̄ est impossibile. Seco. vero z Bonauē.  
 sup̄ p̄fata dif. dicit qz pcedens est posterius  
 duratōe eo a quo pcedit triplici rōne.

Primo rōne limitationis potētie.

Secūdo rōne modi pducendi.

Tercio rōne libertatis.

Primo rōne limitatōis potētie: qū produ  
 cens nō habet a principio lue duratōis po  
 tentiā pductiua pfectam. sicut homo a prin  
 cipio pueritiē nō habet potētiā generandi  
 pfectā. Et ideo eius fili<sup>9</sup> necessario est poste  
 rior eo duratōe. Secūdo rōne modi pda  
 cendi. qū enī aliqū pducit p motū q̄ motus  
 est in tpe oportet qz pductū sit poster<sup>9</sup> pdu  
 cente duratōe. qz pductū hz pmo esse in illo  
 instanti in q̄ terminat ille motus. Tercio  
 rōne libertatis. qū aliqū pducit libere et nō  
 de necessitate nature. tunc pductū est posteri  
 us pducēte qz tale agens p̄t expectare ad p  
 ducendū suū effectū. Sicut creare a deo cū  
 tūc potētia est pfectissima et sine transmuta  
 tione z motu. tñ creatura nō est sibi coeterna  
 qz ab eterno producere noluit. Et si obstaret  
 q̄s qz sp̄s sanct<sup>9</sup> pducit p modū volūtatis  
 et tñ est etern<sup>9</sup>. Dicit Ricar. in. i. di. r. Ex cre  
 ature emanat a deo p modū volūtatis nō tñ  
 de necessitate: sz in diuersitate substantie Sp̄  
 ritus autē sanctus emanat a suo p̄ncipio per  
 modū volūtatis de necessitate immutabili  
 tatis z i idempnitare substantie. Redeam<sup>9</sup> iam  
 ad verbi eternitatē cōcludentes qz nullo mō  
 potest poni in diuinis qz filius sit posterior  
 patre. Primo qz nulla est ibi potētia pducti  
 ua imperfecta. potuit nanqz ab eterno pater  
 generare filiū. Secundo qz verbū nō pcedit  
 p motū et mutationē. Tercio qz filius pce  
 dit a patre de necessitate nature qz de<sup>9</sup> neces  
 sario intelligit se: quare et fili<sup>9</sup> patri ē coeter  
 nus. Secūda opinio falsa circa verbuz  
 eternale dicit cōuersionis. Quidā hereticus  
 cui nomē Apollinaris: tenere presumpsit  
 qz verbū sit in carnē cōuersum. p̄pterea qz in eu  
 angelio dicit. verbū caro factū est. Sicut aq̄  
 cōuersa est in vinū. de qua Ioh̄is. ca. ij. scri  
 bitur. vt autē gustauit arch̄ in r̄clm<sup>9</sup> aquā vi  
 num factū. Sz hoc nō est simile: qz aqua po  
 tuit in vinū cōuerti. verbū autē dei in carnē  
 cōuerti impossibile est. qd̄ sanct<sup>9</sup> tho. in. iij.  
 summe p̄ra gētilis pbat triplici rōne.

Primo rōne immutabilitatis.

Secūdo rōne simplicitatis.

Terci orōne incōmunicabilitatis.

Primo rōe immutabilitatis. Est vt q̄s de<sup>9</sup>